



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Capitularia Regvm Francorvm

Additae sunt Marculfi monachi & aliorum formulae veteres, & Notae
doctissimorum virorum

Baluze, Etienne

Parisiis, 1677

XLIX. Alia quaedam acta ejusdem synodi Pontigonensis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-22974

TITVLVS L.

Alia quædam acta ejusdem synodi Pontigonensis.

I.

Libellus proclamationis Ecclesie Remensis ad versum Hludovicum Regem Karolo Imperatori oblatum in synodo Pontigonensi.

P Aternis magisterii instruimur ut si qua majora negotia vel majores causæ exortæ fuerint, ad sedem apostolicam, prout auctoritas docet & mos antiquus obtinuit, semper referantur. Ideoque quia imperiale excellentiam vestram synodo praefætæ & Vicarios sedis apostolicae praefato nobis adfelle gaudemus, calamitates & miseras Ecclesiæ nostræ ac filiorum nostrorum, quas hoc anno ab Hludouico Rege itemque Hludouivico filio ejus & complicibus eorum, cades videlebet, homicidia, adulteria, fornicationes, rapinas, sacrilegia, & cetera flagitia quæ nullus enumerare potest, Ecclesia nostra perpeccata est, vestræ serenitati innotescimus, obsecrantes ut pro Dei omnipotenti amore, & pro ingenita vobis benignitate, ac pro ministerio imposito, nobis & Ecclesiæ nostræ ac filiis nostris secundum pervulgatam omnibus vestram sapientiam consulatis pariter ac succurratis, ne de cetero talia ac tanta mala Ecclesia nostra ac regnum patiatur qualia haec tenus passa est.

I I.

Definitio synodi Pontigonensis de Adalgaudo Presbytero infamato.

Pridie Idus Iulij, in loco qui vocatur Pontigonis, ita de Adalgaudo Presbytero à Legatis sedis apostolica, Leone Apocrisiario sanctæ sedis Romanae, Petro, Iohanne, itemque Iohanne Legatis memoratae sanctæ sedis, ac Ansegiso Vicario ejusdem sanctæ sedis, & ab omni Concilio definitum est ut illi propria Ecclesia reddatur, & à prefatis Kalendis quatuor mensium dilatio ad famam suam purgandam illi concedatur. Si post quatuor mensies purgare se canonice non potuerit, nulla ejus vox postea penitus audiatur.

I I I.

Consensus Leonis Episcopi Missi & Apocrisiarij, cum post synodum discessurus esset.
Quia Dominus noster Iohannes sanctifi-

simus & ter beatissimus Papa nos quidem, me scilicet Leonem Gabinensem Episcopum & sanctæ Romanæ Ecclesiæ Missum & Apocrisiarium, & Petrum venerabilem Forosempriatorem Episcopum, ad hoc in has partes direxit ut, ceu pridem per venerabiles Episcopos Iohannem videlicet & Iohannem mandaverat, vestra sanctitate adgregata, de negotiis que inter utrosque fratres hoc anno emerserant determinaremus, sed nos ob quasdam sanctæ Romanae Ecclesiæ utilitates quia diutius morari nequimus, & vestram beatitudinem longius fatigare nolumus, hos fratres nostros Iohannem videlicet Tuscanensem & Iohannem Aretinum venerabiles Episcopos vobiscum morari decrevimus utque dum res unde agitur optatum finem divina favente gratia accipiat: qui quicquid seu in evocanda synodo, seu in definiendo, seu in contemptoribus feriendo definierint, apostolica auctoritate libere definiant, & quicquid ipsi deliberaverint, & Dominus Apostolicus cum omni sancta Romana Ecclesia determinabit & in perpetuum manifurum statuet & firmabit.

I V.

Juramentum quod Hincmarus Archiepiscopus edere jussus est apud Pontigonem.

Sic promitto ego quia de isto die in anna ista seniori meo, quandiu vixerem, fidelis & obediens & adjutor, quantumcumque plus & melius sciero & potuero, & confilio & auxilio secundum meum ministerium in omnibus ero absque fraude & malo ingenio & absque ulla dolositate vel seductione seu deceptione & absque respectu alicuius personæ. Et neque per me, neque per Missum, neque per litteras, sed neque per emissam vel intromissionem perfonam, vel quoconque modo ac significacione, contra suum honorem & suam, Ecclesiæ, atque regni illi commissi quietem & tranquillitatem atque soliditatem machinabo vel machinanti consentiam. Neque unquam aliquod scandalum movebo quod illius prefenti vel futura saluti contraria vel nocivum esse possit. Si me Deus adjuvet & ista sancta patrocinia.

Q. iii